FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

Caput XIII.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

Visual Library

ctus in Ierusalem, sicut planctus [c] Hadadrimmon in campo Megiddon. & planget terra, Familiæ [d] familiæ seorsum: Familia domus [e] Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: Familia domus [f] Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: Familia [g] Simei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, [h] familiæ familiæ [i] seorsum, & mulieres illorum seorsum.

gitans de morte filij Dei, & de suis peccatis, quæ tanta sunt, vt non nisi filij Dei morte expiari potuerint, plangit sua peccata, & dolet se filio Dei suis peccatis cruciatus auxisse, & simul etiam suam crucem & suas adflictiones propter confessionem Christi patienter tolerat. [b] Iohan. 3. Vt filium suum vnigenitum daret. [c] 2. Paral. 35. in finibus tribuum Manasse & Isaschar propè Iezraël, vbi Iosias interfectus est. Hadadrimmon, locus consitus malis punicis. Megiddon, turma, cuneus. [d] Singulæ familiæ. [e] Duæ familiæ regiæ. [f] Duæ sacerdotales. [g] Filius Gerson, nepos Leui, Exod. 6. [h] Singulæ familiæ. [i] Singuli suam crucem, suum demensum, luctus, dolorum & ærumnarum sustinebunt.

# Caput XIII.

PRophetia est de beneficijs & Passione CHRISTI, & de ECCLESIA, quæ est cœtus hominum, qui filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum fontem iusticiæ & vitæ æternæ pro nobis passum resuscitatum recte agnoscunt, & ex ipsius plenitudine remissionem peccatorum & vitam hauriunt: & veram de filio Dei doctrinam fideliter custodiunt, & omnia idola & falsa dogmata fugiunt & refutant: & per suum pastorem filium Dei sub cruce probantur & conseruantur, & in ærumnis Deum inuocant, & exaudiuntur, & tandem vita & gloria æterna donantur.

*DE ECCLESIA noui Testamenti.*

In die illa erit [α] fons patens domui Dauid, & habitātibus Ierusalem ad peccatum & [β] menstruum purgandum. Et erit in die illa, dicit DOMINVS exercituum, [γ] excindam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra, & pseudoprophetas [δ] & spiritum immundum auferam de terra.

[α] Beneficia Christi fontis iustitiæ & vitæ æternæ: quæ per BAPTISMVM in verbo nobis offeruntur. [β] Immundiciem nobiscum nascentē seu peccatum originale. [γ] Ecclesia fugiet & detestabitur idola & falsa dogmata. [δ] Impios doctores contraria spiritui sancto docentes.

Et erit

ᶠ Et erit cum prophetauerit (*id est, falsa docuerit*) quispiam vltra, dicent ad eum pater eius & mater eius, genitores eius, Non viues, quia mendacium locutus es in nomine DOMINI, & configent eum pater eius & mater eius, genitores eius, cum prophetauerit.

ᶠ Pij doctores & alij refutabunt impia dogmata, etiamsi à coniunctissimis amicis & proprijs liberis spargãtur vel defendãtur, vt Asa propriam matrem remouit à cultu idolorum.

Et erit in die illa ᶻ confundentur Prophetæ vnusquisq; à visione sua cum prophetauerint, nec induentur vltra pallio ᵃ saccino, vt mentiantur.

ᶻ 2. Timoth. 3. Stulticia eorum omnibus manifesta fiet. ᵃ Cuculla monastica, vel sordida veste ad hypocrisin velandam composita.

Et dicet ᵇ non (*sum*) Propheta ego: vir agricola (*sum*) ego: quia homo adquisiuit me (*seu seruum me habuit*) à Iuuentute mea.

ᵇ Aliqui agent pœnitentiam, cõuertentur, & agnoscent suum monachatum non antecellere communi agricolarum aut seruorum vitæ, nec se illis anteponent: vt Antonius eremita ad coriarium mittitur.

Et dicet ad eum, Quid sunt plagæ istæ inter manus tuas? & dicet, ᶜ His percussus sum (*in*) domo † diligentium me.

ᶜ Non ægre feret se admoneri aut reprehẽdi in spiritu lenitatis. Gal. 6.

† Amantium plagæ meliores inimicorum blanditijs.

*DE PASSIONE Christi.*

ᵏ Framea super ˡ pastorem meum, & super virum ᵐ popularem meum (*seu socium meum, qui mecum est*) dicit DOMINVS exercituum, ⁿ Percute ᵒ pastorem, & dispergentur ᵖ oues, & conuertam manum meam ad ᑫ paruulos.

ᵏ חרב Framea, sic antiqua lingua Germanorum hasta nominatur, teste Tacito. ˡ PASTOREM meum Iesum Christum, Iohan. 10. ᵐ עמיתי. ⁿ Matth. 26. ᵒ CHRISTVM. ᵖ Apostoli. ᑫ Ad miseras oues, Apostolos & alios pios.

Et erit in omni terra, dicit DOMINVS, ᵉ partes duæ in ea excindentur (*&*) deficient, & tertia pars relinquetur in ea. (Psal. 65. Probasti nos Deus.)

ᵉ Maxima pars generis humani offensa cruce Christi & seducta falsis dogmatibus peribit æterno exitio.

Et ducam ʳ tertiam partem per ignem, & excoquam eos, sicut excoquitur argentum, & probabo eos sicut probatur aurũ.

ʳ Eam partem generis humani, quæ Christi pastoris vocem audit, varijs

varijs tentationibus & cruce exercebo & probabo & mundabo vt peccatum in vobis mortificetur, & nouus homo expoliatur. Psal. 65. Probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut argentum. 1. Pet. 1. Paulum adhuc, si opus est, conculcati varijs tentationibus, vt probatio fidei vestræ multo preciosior auro per ignem probato inueniatur in laudem & gloriam. 1. Corinth. 11. oportet Hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.

Ipse inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, (*&*) Dixi ᵞ populus meus ipse (*est*) & ipse dicet, DOMINVS Deus meus.

*De vera Dei inuocatione.*

ᵞ Dulcissima descriptio ecclesiæ.

# Caput XIIII.

## LOCI PRAECIPVI SVNT.

I. *De Excidio Ierosolymæ.*
II. *De propagatione Euangelij in omnes gentes, inchoata mandato Christi stantis in monte Oliuarum & ascendentis in cœlum. Act. 1.*
III. *De postremo aduentu Christi ad nouißimum Iudicium.*
IIII. *De æternis pœnis Impiorum.*
V. *De æterna gloria piorum.*

*Varij autem hi loci inter se miscentur.*

ᵅ Ecce dies DOMINI venit, & diuidentur spolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes contra Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi ᵝ non auferetur ex vrbe. Et ᵞ egredietur DOMINVS & præliabitur contra gentes illas iuxta ᵟ diem prælij sui in die conflictus. Et stabunt pedes ᵋ eius in die illa super montem Oliuarum, qui est è regione Ierusalem ab oriente: & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ab oriente ᶎ & occidente (*vt sit*) vallis magna valde: & separabitur ᵑ medium montis ad aquilonem, &

ᵅ De excidio Ierosolymæ & politiæ Iudaicæ; vel ecclesiæ Christianæ vastatio sub Antichristo. ᵝ In vrbe morietur fame & peste. ᵞ Propagatio Euangelij inter gentes: vel defensio Ecclesiæ cōtra Antichristum. ᵟ .i. Sicut pugnare solet verbo & spiritu arguēte peccata nō armis. ᵋ CHRISTI ascendentis in cœlū, Act. 1. vel in extremo iudicio. ᶎ Discipuli, qui cū Christo in monte Oliueti fuerunt, medi-